



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regula CCCXCII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

## D. Petri Dueh.

Amplia primo habere locum, etiam si post libellum, vel accusationem, seu inquisitionem comminata, licet nondum factam, fugisset, quia tum iustus fuisset timor fugiendi, & iuste debuit timore comminationem. Per tex. in l. miles. in §. ficer. ff. de adulterio, ibi, sed accusatione parente, & probationibus insidente ac immunito, & ita expresse per illum text. tenet Romanus in l. leg. Cornelia, numero secundo. s. ad Syllama, & ibi Ioann. Igneus in numero 15. facit etiam tex. in Redicto, in §. stat. ff. de iure sic. Hanc opinionem sequitur Angel. Aretin. in tracta. maleficiorum, in velle, quod fama publica, numero 46. Decius in consil. 334. numero testio. Ioan. de Amicis in consil. 131. numero 3. Ioann. Corasius in l. admonendi, numero 89. & ibi Curt. numero 160. Petrus de Ptolomeis, numero 80. Cato Sacchus numero 58. Marchius Ant. Blancus in tracta. de indiciis & tortura, numero 282. docto. supra allegauit regu. 390. in 6. limita.

1. Limita primo, quando alia iudicia seu suspicione laborant contra fugientem, quia tunc etiam in fuga facta post accusationem, facit contra eum maximum indicium & suspicionem. arg. tex. in l. s. C. qui numero totelarum se excus. Ita expresse illum tex. tenet Roma. in d. l. lege Cornelia, in fine Socin. in regul. 152. in secunda limitatione. Ioan. de Amicis in consil. 7. numero 7. Ioan. Corasius in d. l. admonendi. numero 79. & ibi Petrus de Ptolom. numero 77. Curtius in dicto numero 160. Ioan. Igneus in d. l. lege Cornelia. numero 13. in fine.

2. Limita secundo, quandoconque delictum erat capitale ex quo aut debebat occidi, aut membris mutilari, secus si esset imponenda pena pecuniaria. Ita expresse sentit Barto. in d. l. i. de bonis eorum & doctor. supra allegauit. & ita expresse tener Socin. in dicta reg. 152. in 3. limitatione. Ioan. de Amicis in consil. 7. numero 11. & in consil. 86. numero 4.

3. Tertio limita, nisi post accusationem de eo institutam fradii carceribus aufugiat, quia tunc contra eum ut de crimine confessione proceditur. Noratur in l. in eos. & in l. ff. de custodia rei, & ita expresse tener Socin. in regul. 161. in 3. limitatione. Decius in consil. 234. numero 3. Petrus de Ptolomeis in repeti. l. admonendi, numero 77.

4. Quarto limita, nisi post accusationem quis esset relaxatus a carcere sub fideiussoribus, & pendente accusatione aufugierit, nam tunc talis fuga etiam post accusationem facit eum haberi professo. Ita probat tex. in l. 3. in fine, titu. 8. libro 2. sori. & in l. 9. titu. 11. lib. 3. ordina.

## REGULA CCCXCI.

FUGA que sit ex carceribus, facit fugientem haberit pro cōst. fo. Hac regulam probat tex. in l. in eos. ff. de custodia, & exhibuit regu. 100.

ito; & ibi gl. & Bar. & in l. milites agrum. in §. pe. ff. de re milit. ita tenet Spec. in ti. de præsumpt. in §. ij. nu. 3. & ibi Iohan. Andr. in addi. magna Ang. in tract. malefic. in verbo, quod fama publica. nu. 46. & ibi August. Arimi. in addi. Hippo. in tract. §. diligenter. nu. 46. & in §. auctingam. nu. 44. & in repe. Rub. C. de probatio. nu. 261. Ias. in lect. l. admonendi. nu. 90. & in repe. nu. 172. ff. de iure iur. Bartho. Soci. in regu. clxij. in ij. limita. Feli. in d. c. nullus. nu. , de præsump. Chaffane. in consue. Burg. in tit. (Des iustices.) Rub. j. §. v. fol. 54. col. iii. nu. 116. Eandem op. tenet Cur. in repe. d. l. admonendi. nu. 169. & ibi Petrus de Ptolomeis. nu. 77. De iure regio probatur in lat. tit. xxix. par. iiij. & in l. xxxiiij. tit. xvij. lib. viii. ordi.

<sup>1</sup> Amplia primo, quod si re vera non commisi delictum pro qua encarceratus, tunc habetur pro confessio, & punitur ac si re vera cimen commissi. Ita probatur in d. l. in eos, & ibi glo. in verbo, potendi. ff. de custo. reo. & ibi Bar. & Ang. nu. 3. Jacob. de Bellouï lo in practica iudicaria, in tit. de questionibus, & qualitatibus tormentorum. nu. 103. Hierony. Zanet. in tract. differentiarum iuris canonici, & civilis. diffe. xcij. nu. 159. Abb. in d. c. a nobis. nu. 3. & ibi 65. de apost. Hanc opin. tenet Feli. in d. c. nullus. num. , de pre- lipp. vbi dicit quod in hoc casu plus operatur ficta confessio quam vera: & cum hoc non inuenit ab alio tractum, transit cum opinione Bar. l. in d. l. in eos. Albericus tamen in d. l. in eos, determinat, quod fit per d. l. innocentes sint puniendi, tamen quia illa non determinat poenam, credit eam arbitriam, & arbitrio iudicis puniendam, & determinandam, per tex. in l. j. in §. expilatores. ff. de effract. licet d. glo. aliter teneat. Eandem op. tenet Cuma. in d. consil. cvi. nu. 1. & 3. Boeri. in d. decisi. ccxx. nu. 22. Thom. Grāma. in d. voto. xxvij. nu. 5.

<sup>1</sup> Amplia secundo, quandocumque aliquis post accusationem fuit carceratus, & relaxatus a carcere sub fideiussoribus, & pendente accusatione aufugisset: nam tunc talis fuga facit eum haberi pro confessio. Ut in l. j. in fi. tir. viij. lib. ij. fori, & in l. ix. n. xi. lib. iiij. ordi. & dixi in regu. supra proxima in iiiij. limita.

<sup>1</sup> Amplia tertio habere locum, si fuisset aliquis repertus cum velit exire carceres: nā habetur pro confessio. Ita concludit Nicol. Boer. in decisi. ccxv. nu. 12. facit tex. in l. quis sit fugitiuus. in §. idē Celias, cum aliis per eum allegatis. ff. de edili. edic. Hanc opin. tenet Hippo. per alia fundamenta que ibi allegat, in rub. de probat. num. 25. & in tract. in §. diligenter. nu. 49. & quod notat Soci. in consil. xcix. nu. 2. li. iiiij. vbi dicit quod ille dicitur fugitiuus qui est in actu fuge. Franc. Purpura. in l. rogasti. in §. si fugitiuus. nu. 32. ff. si certa. & hanc opinio. tenet Iaco. de Bellouïlo. in tract. iudicaria: ti. de questionibus, & qualitate tormentorum. nu. 103.

<sup>4</sup> Amplia quarto habere locum, etiam in fugiente ex aliqua came ra, vel ex palatio potestatis, in quo definebatur sub custodibus. Ar- g. tex. in d. l. in eos. ff. de custo, & exhibitio, reorum, quia loca ipsa siue

## D. Petri Duen.

Sue palatium dicitur esse carcer, quando quis deinetur in eo via-  
dato iudicis, ut est text. & ibi notant docto. in. l. j. ff. de custodiis.  
Hanc opinio. tenet Hippoly. in practi. in. § diligenter. numero d.  
Paul. Grillandus in tracta. de relaxatione carceratorum. cap. 1.  
fuga incarcerati. numero 13. Quod tamen est verum quandoque  
recessit ianua scissa, & fracta, vel muros transcederit, ut in  
ff. de rerum diuisi, secus si retentus in palatio fugiat per portam  
quia tunc non dicitur frangere carcere: quia licet carcer tam  
modo possit appellari, tamen proprius non est carcer: nec dicitur  
carcere inclusus qui reinetur in palatio tenet Bar. & ibi Ron.  
numero. 57. in repetitio. l. admonendi. ff. de iure iur. quem sequitur  
Cur. in repetitio, numero 164. & ibi Petrus de Ptolomaeis numero  
78. & hanc opinio. tenet Innocent. in capit. nuper, de sententia ex  
commu. Facit etiam text. in. l. nemo carcerem, in verbo, aperte, &  
libera. C. de exacto. tribu. lib. x. per quem text. dicit Bald. in d.  
admonendi. in lectu. antiq. quod non dicitur frangere carcerem, quia  
retentus in palatio fugit per portam. Nicola. Boer. in decilio. ccx.  
numero 15. & hanc opinio. expresse tener Sali. post Guiliel. de O.  
in l. succurrunt. in j. & ii. lectu. ff. ex quibus causis maio. Socin.  
regul. clxiij. in iii. limita. Licet contrarium teneat Alberi. in d.  
succurruntur. numero 3. quem sequitur Ias. in repetitio. d.l. admonendi.  
numero 174. ubi dicit quod detenus in palatio vel camera, & non  
in publico carcere, si inde aufugiat fracto ostio, non inde habet  
pro confesso idem in lectu. numero 90. & licet alleget Bald. in  
d.l. succurruntur, dicens hoc tenere, firmat tamen contrarium, vnu-  
pra dixi.

5. Quinto amplia, quod etiam punitur poena capitali. Ut in d.l. ff.  
de effracto. & in d.l. milites agrum. in. §. eius fugant. ff. de re milita.  
quod latius explicabo in regula sequenti.

1. Limita primo habere locum, quando quis aufugit effracto car-  
cre: secus autem si aufugit de carcere aperto quia tunc non habet  
pro confesso. Ita concludunt Iacobus Butri. Gulielm. de Cogito.  
Bald. & Alberic. in d.l. succurruntur. ff. ex quib. cau. maior. Angel.  
in. l. vinum. la. ij. per illum text. ff. de furt. & in. l. j. ff. de effractoriis.  
ubi dicit quod ille qui exiit de carcere quia inuenit ostium apen-  
tum, non tenetur poena effracti carceris. & sic nec poena illius re-  
tuli. ff. de effractoribus. quos sequitur Iaso. in d.l. admonendi. in lo-  
cru. numero 90. & in repetitio. numero 174. & quia praesens limi-  
tati. plus attinet ad regulam sequentem, ideo ad ibi dicenda resolu-  
mitto.

2. Limita secundo, in eo qui aufugit animo revertendi, & deinde  
sponie reversas fuerit: quia ille non habet pro confesso, nec in-  
currunt poenas de quibus in d.l. in eos. ff. de custodiis. reorum. Vnde.  
desertorem. in. §. j. & ibi gloss. ff. de re milita. & in. l. quis sit legi-  
tius. in princip. & in. §. apud Labeonem. & ibi Bald. ff. de gis-  
ticis. Haec opinionem tenet Paul. Grillan. in tract. de relaxac. cap.

fa. & de fuga incarcerati. n. 7. & 14. Quæ limitatio in regula sequenti latius declarabitur.

Tertio limita, quando quis post fugam esset incarceratedus, licet in situ. Ita concludit Ias. in d. l. admonendi, in lectu. n. 90. vbi dicunt quod ita tener Bartol. per illum tex. in l. raptore. C. de episcop. & cleric. in quo casu isti arbitrio iudicis puniendi sunt, ut in l. xiiij. in fin. tit. xxix. part. viij. & ita tenet Nicol. Boeri, in decisio. ccxv. num. 20.

Quarto limita, nisi quis esset incarceratedus pro generali inquisitio p. leccus si pro speciali. Ita tenet Feli. in d. c. nullus. num. 4. de præsumpt. Hippoly. in repet. Rubr. C. de probatio. n. 262. & in praet. c. in §. diligent. numero 46. Paulus Grillandus in tract. de relaxatione carcerorum. cap. de fuga carcerati. numero 1. Ioan. Andri. in additio. ad Specula. in titul. de præsumptio. in §. ij. in additione magna. ad n. 3. Bal. in d. l. in eos. ff. de custo. reorum.

Quinto fallit, quando cumque mulier aufugit de carcere causa eiusdem libidinis: nam tunc talis mulier non habetur pro confessio. Vt probat tex. in Authen. nouo iure. ibi, ne castitate iniurietur. C. de custo. reo. ita tenet Bal. in l. j. n. 11. C. de cœl. actio. Pau. Grilland. tract. de relaxatione carcera. c. de fuga incarceratedi. n. 17. Boer. in d. decisio. ccxv. n. 18.

Sexto limita non habere locum, nisi fuga fuerit habita cum configuratione prius habita in carceribus cum socijs: nam hoc modo debet pro confessio: alias non. Ita expresse tenet Bald. vbi dicunt quod ita debet intelligi. text. in dicta l. in eos. in consil. xxxij. n. 1. vol. iiij. vbi dicit quod ita tenet Guliel. de Cugno in l. succurr. n. 1. ff. ex quibus causis maior. dicit tamen ibi Bal. quod in hoc casu ponitur iste arbitrio iudicis. & illam opinionem Bal. sequitur Pau. Grillandus in d. c. de fuga incarceratedi. n. 13. in fin. Thom. Gramma. in voto xxxvij. n. 8.

### REGULA CCCXCIII.

**FACIENS** fraciis carceribus punitur pena capitis. Hanc regulam probat tex. in l. prima in princ. ff. de effraçio. & in l. milites agum. in §. cum tamen. ff. de re militia. ita tenet Bar. in tracta. de carceribus. in jj. col. Hippo. in pract. in §. attingam. num. 36. Thom. Gramma. in voto xxxvii. n. 1. Anch. Ioan. de Ana. & Abb. in §. a nobis. de apost.

Amplia primo in eos, qui huiusmodi fugitiuos celant vel oculant. Vt in l. consiliarios. in §. pro confessio. in verbo. subtraxit. C. de confessoriis. ita tenet Ioan. Igneus in l. lege Cornelias. num. 16. ff. ad Syllania.